



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

VI. Notitia de mancipio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

VI. NOTITIA DE MAN-
cipio.

CUm resedisset ille Vigarius in
 Clustris viri illius Comitis, in il-
 lo mallo publico, vna cum ipsis
 Scabinis, qui in ipso mallo resede-
 bant, ad causas audiendas, vel recta
 iudicia terminanda, ibique veniens
 monachus sancti illius, vel ille Abas
 nomine illo, de illo monasterio, vna
 cum aduocato sancti illius, nomine
 illo, fœminam aliquam nomine il-
 lam interpellabat, repetebat ei dum
 diceret, eo quod colona esset sancti
 illius, de curte sua, quæ dicitur illa,
 de parte auix suæ, nomine illius
 quondam, & ipsa illa, & de ipso ser-
 uitio sancti illius negligens aderat,
 sed ipsa fœmina de præfenti adstare
 videbatur, & nullatenus habuit
 quod dicere, nec opponere, nec tra-
 dere rationes per quas de ipso serui-

tio sancti illius se abstrahere potuisset: Sic ei in presentia fuit iudicatum, ut ipsum seruitium sancti illius, unde negligens aderat, ipsi aduocato sancti illius reuadiare deberet, quod ita & fecit, & se ad ipsum seruitium sancti illius, ibi se in presentia recredidit. Exinde opportunum fuit, ipsos monachos sancti illius, vel ipsum aduocatum sancti illius, nomine illum, talem notitiam ante ipsas personas, quæ in ipso mallo residebant, manibusque eorum roboratas accipere, quod ita & fecerunt, ut omni tempore ipse aduocatus, vel casa sancta illa, vel ille Abas, vel successores sui, ipsam feminam superius nominatam, vel agnationem suam ad opus sancti illius habeant euindicatam, atque elirigatam. Presentibus his quorum presentia actum fuit. Facta notitia in loco illo publiciter.